Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

lege damnantur · si fallacia humano iudicio flectitur si falsitas
capitali pena conscribitur. quanto magis ante dm̄ testē uerborū
q̄ operum. Os enī quod mentitur occidit animam · q̄ perdes eos
qui locuntur mendacium. Et testis falsus non erit inpunitus
Refuge ergo fallaciam · declina mendacium. caue falsum · pure
loquere. numquam mentiaris · Esto inuerbo uerax. nullum circū-
scribas uerbis. nullum fallendo decipias · nullum argumentis uer
borum inducas · Prohibe q̄ iam tibi iuramentum · tolle iurandi u-
sum. iusiurandum inter dic tibi · Periculosum est enī iurare.
Adsiduitas iurandi periuri consuetudinē facit. Iurandi usus ad
periurium ducit · Sit in ore tuo est. sit in ore tuo non est. Veri-
tas iuramentū non indiget · fidelis sermo sacramenti retinet · locū ·
firma q̄ iam sit sacramenti tui fides

DE VOTO REDDENDO.

Fac bonum quod spopondisti · Non sis inuerbis facilis. q̄ inope-
ribus difficilis · Coram dō aliquid facile · non promittas. Sine
consideratione uirium nihil presumas. quod non potes facere · non
pollicēris. Multum dō reus eris. si non reddes qd̄ uoueris · Displi-
cent dō qui uota sua non explent · Inter infideles conputantur.
qui quod uouerunt non impleuerunt · Melius est enī non pro-
mittere. quam fidem promissi non exsoluere · Melius non uouere.
quam post uotum promissa non reddere · In malis aut promissis re-
scinde fidem · Inturpe uotum muta decretum · Quod incaute uo
uisti non facias. Impia promissio. quē scelere adimpletur

ANTE DM NIHIL ĒT OCCULTŪ

Verbum iniquum nec in corde
tuo dicas. uerbum malum nec silentio abscondi potes · Omne
uerbum absconsum non celabitur · Panditur enī in manifesto. quod
in occulto deprómitur · Quod intus agis uel dicis. palam positām puta ·
Lapides enī quib; conscius loquimur non celabunt. q̄ ipsi parietes
quod audierint non tacebunt · Si homines tacent iumenta loquen-
tur · Ita ergo peccatum declina quasi celare non possit · Ibi pecca-
ubi dm̄ esse nescis · Nihil celatur ante dm̄ · uidet occulta qui fecit
abscondita · Diuinis enī iudicis eris reus. quam uis sis humanis abscon
ditus. Ds̄ ubiq; presens est. sp̄s eius totum implet · maiestas eius om